



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi  
Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Admiranda castitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](#)

quid me vult, paratissimum offero; si quid interrogat, interrogatum audio, verbulo unico respondeo, & vel alterum superuacaneum adiucere caueo. Assueuerat eorum, qui ob-  
uiam sibi siebant, Angelos custodes salutare, *Consuetudo salutandi Angelos*  
aut etiam Deum pro eis orare; interque præ-*di Angelos*  
tereundum defunctus salutandi officio, spatij *occurrens tium.*  
aliquantum se inter & occursantem relin-  
quere honoris caussâ.

Per omnem vitam nihil umquam in eo *Admirans da castitas.*  
notatum aut gestu solutius, aut signis lasci-  
uius, aut verbo actuive contrarium puritati:  
cumque esset ingenio alioqui iucundo ac  
blando, hic semper seuerissimus extitit. At-  
que ut gratia comitateq; alliciebat omnes, ita  
singulari morum verecundiâ, castitatis amo-  
rem in animis intuentium excitabat: vide-  
banturque ab oculis eius quidam quasi radij  
vibrari, quibus aspicientes ad castimoniam  
accendebat. Sui ipsius vero custodem egit *Seuera sui custodia.*  
circumspectione ac seueritate tantâ, ut quem  
lecti locum, corporisque situm, in decum-  
bendo, vesperi semel fuisse fortitus, eumdem  
absque omni motu, seu frigus seu aestus esset,  
in auroram usque tenuisse deprehenderetur.  
quem morem reliquo vitae cursu constanti-  
simè obseruauit. Priusquam in lecto se com-  
poneret, diuersas lecti partes his illisve San-  
ctis protectoribus suis assignabat. Inter hos *Religiosè ad somnum se compo-*  
*nit.*

medium